



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 1. Quis aut qualis exorcistes?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83000)

Denim humilitas, & receptio paruuloru, Iohannes illa debita reuerentia, & petita uenia interposuit.

§. 2. Quia uero illi qui negant coherere, ratione probabilem adferunt, quod non appareat harum rerum vlla connexio, ea si reddita fuerit, haud difficulter animus acquiescet. Alij dubitasse Iohanne an recte fecerint, alij gloriatum de facto, quasi alienam temeritatem non sine Magistri se contemptu ingerentem compresserunt. Verum est prius; nempe narrationem esse dubitantem an recte factum sit? necne? Apostolorum ambitionem Christus compressit, statuto in medium puero, eumque amplexus, monuit no intraturos regnum caelorum, nisi fierent vt pueri deinde & illis, & omnibus commendauit susceptionem & puero, & omnium, qui discipuli essent, quo etia declarabat, non ad solos Apostolos illa priuilegia pertinere, sed ad alios etiam pueros extendi, imo simplicitatem, & innocentiam pueruli, quem amplectebatur, praeferebat Apostolorum ambitioni. Hinc Iohannes memor prohibuit ab Apostolis illum, qui in Christo nomine demones eiciebat, dubitare cepit recte fecisse: nam etsi non sequeretur Christum, vt in eius familia uiueret, fidelem tamen & discipulum fuisse putabat, itaq; quem admodu hic puer Christum no sequebatur, & tamen iubentur eum recipere, ita etia de illo exorcista ratiocinabatur. Ita quo Christus & questionem illam desinit, & pergit explicare, quam sedulo cauendum sit, ne cui scandalum offeratur.

§. 3. An exorcista ille in Christum crediderit, maior est dubitatio. Ambr. 7. in Lucam, & Euthymius, fidelem fuisse existimant. Fide, non corpore secutum Augustinus, Beda, Theophylactus, nec fide, nec corpore secutum. Nec fere nisi ex coniectura responderi potest. Pletiq; tamen recentiores Ambrosium sequuntur credidisse illum quidem, sed non fuisse in familia Domini Apostolos uero existimasse, non conuenire hoc alijs, nisi qui cum Christo perseuerarent, omnibus relictis. Rationes autem illius sententiae sunt. Reuera demones eiecit ille in Christi nomine, & credibile est eam illi potestatem non esse datam a Christo, si non crederet in Christum, sed tentaret, maneretq; infidelis. Deinde non uult illum Christum prohiberi, quod indicium est, non modo credidisse, sed bono etiam animo accepta potestate demones eiecit. In nomine enim, uirtute, & inuocatione Christi miracula faciebat. Quin etiam hoc ipsum fidelem fuisse ostendit, quod Apostolorum auctoritati prohibentium cesserit, si non se opposuisset, & contra interdicitu perrexisset, id Iohannes ne qua qua tacuisset. Si aut in Christu non crederet, no facile Apostolis cederet, imo uix Christo.

39. QVÆSTIO I.

Quomodo qui non est aduersum Apostolos cum illis est?

Legendum est *quoniam* uos, non *quoniam* nos. Non est contrarium illi, quod dicitur. *Qui non est mecum, contra me est.* Matth. 12. 30. De Pharisaeis loquitur, qui doctrinam Christi rejiciebant, eius tamen se inimicos negabant; hic uero non oppugnabat Christum sed excedebat; itaq; non modo contra Christum non erat, sed etiam pro eo. Mente enim Dominum sequitur, non corpore. Non est autem pro hoste habendus, non laeessendus, qui hostile nihil agit.

§. 4. Quomodo hec sint precedentibus iungenda, et disputant interpretes. Aliqui negant coherere sententias. Alij argumentu esse aiunt, quo ostendat, non prohibendum exorcista. Nam si dator aquae non perdet Mercedem, multo magis, eiektor demonioru; manus enim ille praestat beneficium miseris, qua dator aquae. Milia uidentur, coherere cum v. 26. Nam Christus sermo nem inlicitum prosequitur, eum Iohanni de non prohibendo exorcista respodisset. Probat, ne in parualis suscipi non modo susceptio, quae operta con-

stat, & sumptu, sed & aquae frigidae portatio mercedem suam habet, sic interpretor, quia Matth. 10. 42. illa coniunguntur, ubi etiam exposita sunt.

V. 34. QVÆSTIO I.

Quis uermis?

§. 1. *Σκώληξ* Graece uocatur, apud uiriusq; linguae interpretes disputatur; Verene uermis, an metaphorice sit intelligendus; Quidam ignem, & uermem metaphorice, alij uermemq; proprie, alij deniq; ignem proprie, uermem metaphorice accipiunt. Vide August. l. 2. c. 69. sumptum est ex Isa. 66. 24. & 30. 33. Et egredietur Et uidebunt cadauera uitoru, qui preuaricati sunt in uermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. & erunt vsq; ad faterate uisionis omni carni. A morte enim & clade externa ad aeternarum penarum minas, procedit, vt c. 30. 33. utrumque proprie intelligo.

V. 48. QVÆSTIO I.

Quomodo omnis igne salietur?

§. 1. *Q*uid sit igne saliri, seu in igne saliri, ita enim Syrus habet: *ἡ βεννύα, in igne.* Valde inter auctores controuersum est. Prima opinio. Monere Christum suos, vt se praebant diuino uerbo saliedos, vt fiat sacra uirtutis, Deo gratia, nec aeternos ignes sibi accersant. Non dubito, quin salis alioqui nomine possint intelligi uirtutu, & sapientiae dona, uerum in hunc locum conuenire illa interpretatio non potest. Na particula causalis indicat ex precedentibus aliquid probari. *Omnis enim inquit igne salietur.* Nam si dicas, *omnis igne salietur;* seu uerbi Dei sale condietur, non consequetur, *uermem non esse moriturum,* aut ignem no posse extinguere. Neque etiam illud in illis esse intrate lucum aut claudum in regnum caelorum, quam integrum in gehennam. Vim enim uerborum profusus elidunt, & eneruant, quide uerbo Dei hoc loco agi interpretantur, cum appateat de poenis uerba esse.

§. 2. Reliquae sententiae sunt duae. Saliri igne esse poenas temporales, vel aeternas pati de temporalibus & doctrina intelligit Theophylactus. *πᾶς ὁ φησὶ πύρι ἀλιεῖθῆσται. τὸ πᾶς δοκιμασθῆσται. ὅπερ καὶ ὁ Πάυλος λέγει, ὅτι ἐν πυρὶ δοκιμασθῆσται πάντα. καὶ πῶς δὲ φησὶ θυσία ἀλιεῖθῆσται. τὸ πᾶς δὲ δοπὶ τῷ λευκῆς εἶπεν. ἐκείνῳ φησὶν ὁ θεὸς. πᾶν δόρον θυσίας ἡμῶν, ἀλιεῖθῆσται καλὸν ἐν εἰς ἡμᾶς ἀλιεῖν τὰς θυσίας ἡμῶν τῷ ἄλλοις ὁ θεὸς. πᾶς, καὶ ἐκκελευσθε θυσίας ἡμῶν πρὸς φέρειν, ἀλλὰ εὐφρῶνός ἔστω ἡμῶν. ἀλλὰ δὲ λέγει καὶ τὸς ἀποστόλους ὁ κύριος. πᾶν τὸς ἀποστόλους τῶς δυνάμει ἔχοντας συνεικηνῆς, συνδέσσει. ὁ δὲ πᾶς ἀλλὰ συνδέσει τὰ κῆρα, καὶ ἐν ἐν αὐτῶ σπῶληκῆς γενῶν, οὕτω καὶ ὁ διδασκαλικὸς λόγος. ἐάν εὐφρῶνός ἔστω, τὸς ἀποστόλους ἀνθρώπων ἀποφύγων, καὶ ἐν ἐν ἀντιπῶν γενῆσται τὸν ἀκούων τὸν σπῶληκῆς. ἐάν δὲ ὁ διδασκαλικὸς ἀναλλῆσται, καὶ μὴ ἔστω εὐφρῶνός ἔστω, ἐν τῶν ἀλιεῖθῆσται: τὰ πᾶς ἀποστόλους ἔσται.* Verba Theophylacti sic interpretor. *Omnis, inquit, igne salietur.* Hoc est, probabietur. *Quod & Paulus dicit: quod igne probabuntur omnia.* Et *omnis uictima sale salietur.* Hoc uero ex Leuitico dicit. Ibi enim dicit Deus: *Omne donum uictima uestra sale salietur.* Pulchrum igitur fuerit uos salire uictimas uestras sale Dei. Hoc est non dissolutas, non pigras uictimas, offerre, sed austeras seu astringentes, & dulces. *Salem autem & Apostolos dicit Dominus, & omnes simpliciter vim contrahendi, & astringendi habentes.* Quomodo enim sal conseruat carne, & non sinit ipsam uermes generare. Sic & sermo doctrinae sit austerus, carnales homines astringit, nec sinit in ipsis uermem peruiugile innasci. *Si autem Magister insulfus sit, nec austeritatem, aut astringendi facultatem habeat, in quo salietur, Hoc est, condietur.* Verum alij de temporaria sed alterius uitae poena accipiunt. Beda & Serabus minores poenas intelligunt, quibus maiores euadamus.

§. 3. Optime interpretatus est noster Maldonatus. *Omnem nempe damnatum igne saliri, seu condiri, vt omnis*

Handwritten marginal notes in red ink, including the words "Quis uermis" and "Quomodo omnis igne salietur".